

Inventæ sunt nonnullæ Insulæ, ubi sunt gentes bonæ indolis & ad fidem Christianam amplectendum pronæ.

In quibus reperta fuerunt pretiosa diversi generis.

Reges & Regina gentes insularum ad fidem Catholicam inducere studebant.

Ad quod Pontificos esse hortatur.

Eisque concedit ad hoc Insulas, & Terras firmas inventas & inveniendas versus Occidentem, & Meridiem.

ut Terras firmas, & insulas remotas, & incognitas huiusmodi, per Mare ubi hæcenus navigatum non fuerat, diligenter inquireret.

§.2. Qui tandem (Divino auxilio facta extrema diligentia in mare Oceano navigantes) certas insulas remotissimas, & etiam terras firmas, quæ per alios hæcenus repertæ, non fuerant, invenerunt, in quibus quamplurimæ gentes pacifice viventes, & ut asseritur nudi incedentes, nec carnibus vescentes inhabitant, & ut præfati Nuncii vestri possunt opinari, gentes ipsæ in insulis, & terris prædictis habitantes credunt unum Deum Creatorem in Coelis esse, ac ad fidem Catholicam amplectendum, & bonis moribus imbuendum satis apti videntur, spesque habetur quod si erudirentur, nomen Salvatoris Domini nostri Jesu Christi in terris, & insulis prædictis fateretur, ac præfatus Christophorus in una ex principalibus insulis prædictis, jam unam turrim satis munitam, in qua certos Christianos, qui secum iverant, in custodiam, & ut alias insulas, & terras firmas, remotas, & incognitas inquirerent possit, construi, & ædificari fecit.

§.3. In quibus quidem insulis, & terris jam repertis, aurum, aromata, & alia quamplurimæ res pretiosæ diversi generis, & diversæ qualitatibus reperiuntur.

§.4. Unde omnibus diligenter, & præsertim fidei Catholicæ exaltatione & dilatione (prout decet Catholicos Reges & Principes) consideratis, more progenitorum vestrorum claræ memoriæ Regum, terras firmas & insulas prædictas, illarumque incolas & habitatores vobis divina favente clementia subicere, & ad fidem Catholicam reducere proposuistis.

§.5. Nos igitur huiusmodi vestrum, sanctum & laudabile propositum plurimum in Domino commendantes, ac cupientes, ut illud ad debitum finem perducatur, & ipsum nomen Salvatoris nostri in partibus illis inducatur, hortamur vos quam plurimum in Domino, & per facri lavacri susceptionem, qua mandatj Apostolicis obligati estis, & viscera misericordie Domini nostri Jesu Christi atente requirimus, ut cum expeditionem huiusmodi omnino proficere, & assumere proba mente orthodoxæ Fidei zelo intendatis, populos in huiusmodi insulis & terris degentes ad Christianam religionem suscipiendum inducere velitis, & debeatis, nec pericula nec labores ullo unquam tempore vos deterreant, firma spe fiduciaque conceptis, quod Deus omnipotens conatus vestros feliciter proficere.

§.6. Et ut tanti negotij provinciam, Apostolicæ gratiæ largitate donati liberius & audacius assumatis, Motu proprio, non ad vestram vel alterius pro vobis super hoc nobis oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes insulas & terras firmas inventas & inveniendas, detectas & detegendas versus Occidentem & Meridiem

fabricando, & construendo unam lineam a polo Arctico scilicet, Septentrione, ad Polum Antarcticum, scilicet Meridiem, sive terræ firmæ, & insulæ inventæ & inveniendæ sint versus Indiam aut versus aliam quamcumque partem, quæ linea distet a qualibet Insularum, quæ vulgariter nuncupantur de los Azores y cabo vierde, centum leucis versus Occidentem & Meridiem, ita quod omnes insulæ, & terræ firmæ repertæ & reperiendæ, detectæ & detegendæ a præfata linea versus Occidentem, & Meridiem per alium Regem aut Principem Christianum non fuerint actualiter possessæ usque ad diem Nativitatis Domini nostri Jesu Christi proximi præteritum: a quo incipit annus præfatus millesimus quadringentesimus nonagesimus tertius, quando fuerunt per Nuntios & Capiteos vestros inventæ aliquæ prædictarum insularum, auctoritate omnipotentis Dei nobis in beato Petro concessa, ac Vicariatus Jesu Christi, qua fungimur in terris, cum omnibus illarum Dominis, Civitatibus, Castris, locis, & Villis, iuribusque & jurisdictionibus ac pertinentiis univertis vobis, hæredibusque & successoribus vestris (Castellæ & Legionis Regibus) in perpetuum tenore præsentium donamus, & assignamus: Vosque & hæredes ac successores præfatos illarum dominos cum plena, libera, & omnimoda potestate, auctoritate, & jurisdictione, facimus, constituimus, & deputamus.

§.7. Decernentes nihilominus per huiusmodi donationem, concessionem, & assignationem nostram nulli Christiano Principi, qui actualiter præfatas insulas & terras firmas possederit usque ad dictum diem Nativitatis Domini nostri Jesu Christi jus quæsitum sublatum intelligi posse, aut auferri debere. Et insuper mandamus vobis in virtute sanctæ obedientiæ (sicut pollicemini, & non dubitamus pro vestra maxima devotione & regia magnanimitate vos esse facturos) ad terras firmas & insulas prædictas viros probos & Deum timentes, doctos, peritos, & expertos, ad instruendum incolas & habitatores præfatos in fide Catholica, & bonis moribus imbuendum destinare debeatis, omnem debitam diligentiam in præmissis adhibentes.

§.8. Ac quibuscumque personis, cuiuscumque dignitatis, etiam Imperialis & Regalis, status, gradus, ordinis, vel conditionis sub excommunicationis lætæ sententiæ poena, quam eo ipso si contrafecerint incurrant, districtius inhibemus, ne ad insulas & terras firmas inventas & inveniendas, detectas & detegendas versus Occidentem & Meridiem, fabricando & construendo lineam à Polo Arctico ad Polum Antarcticum, sive terræ firmæ, & insulæ inventæ & inveniendæ sint versus Indiam, aut versus aliquam quamcumque partem, quæ linea distet a qualibet insularum, quæ vulgariter nuncupantur de los Azores y cabo vierde, centum leucis, ver-

Declarat non tollere jus quæsitum aliis Principibus Christianis, qui illas tunc possederunt.

Regem vero hortatur ut probos, doctosque viros illuc destinet.

Prohibet aliis accessum ad insulas, & terras firmas inventas & inveniendas, detectas & detegendas versus Occidentem, & Meridiem.

Clausula de rogatoria.

Sanctio penalis. Dat. P. An. die 4. Maii.

Ex regis in Archiep. Pat.

Romane Ecclesie de ceterarum Ecclesiarum statu sollicitudo.

Ecclesie Sabinen. incommoda firmitas.

versus Occidentem & Meridiem, ut præfertur, pro mercibus habendis, vel quavis alia de causa accedere præsumant absque vestra ac hæredum & successorum vestrorum prædictorum licentia speciali.

§.9. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. In illo à quo imperia & dominationes ac bona cuncta procedunt confidentes, quod dirigente Domino actus vestros, si huiusmodi sanctum, & laudabile propositum proficere, brevi tempore cum felicitate & gloria totius populi Christiani, vestri labores & conatus exitum felicissimum consequentur.

§.10. Verum quia difficile foret &c. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quadringentesimo, nonagesimo tertio, quarto nonas Maii, Pontificatus nostri Anno primo.

V.

Translatio Episcopalis dignitatis Sabinen. ad Ecclesiam S. Liberati Terræ Malleani: quæ eisdem Terra Civitatis titulo insignitur.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

ACROFANTA ROMANA ECCLESIA, quæ super universas Orbis Ecclesias obtinet divina institutione primatum, circa statum Ecclesiarum omnium præsertim Cathedralium, earumque, ac personarum, illis præfidentium, & in illis dignitates, ac canonicatus, & præbendas, necnon alia beneficia Ecclesiastica obtinentium profectus, & commoda, velut pia mater de filiorum necessitate sollicita vigilanter excogitat, & prudenter intendit, & quandoque etiam per ministerium translationis earundem Ecclesiarum, ac commode, prout locorum, & temporum qualitas exigit, & illarum utilitas persuadet, Ecclesiarum ipsarum statui, ac locorum aliorum insignium decori, dignitati, & venustati studet efficaciter providere.

§.1. Sane attendentes, quod Ecclesia Sabinen., quæ Episcopi Cardinalis existit, olim antiquis temporibus insignis fuit, ac cui Venerabilis Frater noster Oliverius Episcopus Sabinen. ad præfens præesse dignoscitur, in loco campetri deserto, & a nemine habitato est constituta, adeout ad Ecclesiam ipsam ad divina officia, quæ inibi ob loci indispositionem minime celebrantur, audiendum nullus confluat, nec Archiepiscopus eisdem Ecclesiæ, quæ inibi majorem post Pontificalem obtinet dignitatem, ac Canonici, & alii Clerici in illa residere possint, nec etiam Episcopus.

Tom. III. Par. III.

pus Sabinen. pro tempore existens, cum non sint inibi domus ad eam recipiendum, ad dictam Ecclesiam visitandam valeat se conferre, & propterea, tam pro dignitate Episcopali, præsertim cum Ecclesia ipsa Episcopi Cardinalis existat ut præfertur, quam pro divini cultus augmento, ac personarum Ecclesiasticarum in ea Dignitates, ac Canonicatus, & præbendas, ac alia si qua sint Beneficia Ecclesiastica obtinentium commoditate expedire, ut Ecclesia prædicta ad aliquem locum insignem Sabinen. Diæcesis pariter, & accommodum transferatur: ac considerantes terram Mallianam dictæ Diæcesis, in qua Ecclesia Sancti Liberati Collegiata Archiepiscoporum inibi dignitatem obtinens principalem, & sex Canonicos præbendatos habens existit, esse munitam, & benediciente Domino populosam, & satis accommodam, ut titulo, & honore Civitatis decoretur, Sedesque Episcopalis inibi instituat, dictaque Ecclesia Sancti Liberati in Cathedrali Ecclesia Sabinen. nuncupatam erigatur, ac domibus ædificiis, & officinis necessariis pro Episcopo Sabinen., & dilectis filiis Capitulo dictæ Ecclesiæ Sabinen., ac aliis Clericis, & beneficiatis in illa, qui apud dictam erigendam Ecclesiam congrue morari, & divinis officiis intendere, ac alia ad divinum cultum pertinentia melius, & commodius adimplere valeant, ornetur, & edificetur.

§.2. Habita super hiis cum Fratibus nostris deliberatione matura Terram Mallianam in Civitatem cum titulo, & honore Civitatis, & Ecclesiam Sancti Liberati huiusmodi accedente etiam in hiis dilectorum filiorum moderni dictæ Ecclesiæ Sancti Liberati Archiepiscopi, & Capituli expresso consensu in Cathedrali Ecclesia, cui etiam præfatus Oliverius Episcopus, ut hæcenus dictæ antiquæ Ecclesiæ præfuit, præsit, auctoritate Apostolica de Fratrum prædictorum consilio, perpetuo erigimus: ita quod de cætero dicta terra Civitas existat, & illa Sabinen. Civitas, & Ecclesia Sancti Liberati Cathedralis, & Sabinen. Ecclesia nuncupetur, inibique sit Sedes Episcopalis Sabinen., ac Archiepiscopatum, necnon Canonicatus, & præbendas, & alia Beneficia Ecclesiastica dictæ Ecclesiæ Sabinen. illiusque personas ad dictam Ecclesiam sic erectam transferimus, dictaque Ecclesiæ Sabinen. antiquæ possessiones, & bona omnia cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis eidem erectæ Ecclesiæ, illiusque Episcopali mensæ perpetuo applicamus, appropriamus, & assignamus.

§.3. Statuentes, & ordinantes quod Archiepiscopus dictæ Ecclesiæ erectæ etiam quandiu vitam duxerit in humanis Archiepiscopus dictæ Ecclesiæ Sabinen. erectæ, qui tamen inibi dignitatem secundam obtineat, & similiter Canonici illius Canonici inibi remaneant: quodque cedentibus vel decedentibus simul vel successive Archiepiscopus, ac Canonicatus, & præ-

G g 2

Necessitas alio can. transferendi.

Terræ Mallianæ status.

Eam erigit in Civitatem & Ecclesiam S. Liberati in Cathedrali.

Numerum Canonicor. designat.

V I.

Congregationi Fratrum Apofolorum pau-
peris vite, Regula S. Auguftini datur
etiam quoad vota.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

bendas utriusque Ecclesiarum predicta-
rum obtinentibus, seu illos alias quomo-
dolibet dimittentibus, unus Archipresby-
ter dumtaxat, ac decem Canonici, & duo
perpetui beneficiati inibi esse debeant,
ipsique Canonici, & prebenda, qui
pro tempore vacaverint per cessum, vel
decessum, seu quamvis aliam dimissionem
hujusmodi penitus suppressi, & extincti
sint, & esse censentur, nec aliquis in
locum sic cedentis, vel decedentis, aut
dimittentis institui possit, donec numerus
dictorum Canonicoꝝ ad denarium num-
erum fuerit reductus.

Cuique Ca-
nonico red-
ditus suos
dat.

§.4. Quodque omnes fructus, redditus,
& proventus dictorum Archipresbyterat-
uum, ac Canoniatuum, & prebenda-
rum, postquam ad dictum numerum re-
ducti fuerint, in unam massam redigan-
tur, & Archipresbyter duas, ac Canoni-
ci inibi residentes, & divinis officiis in-
fidentes singulas integras, ac duo benefi-
ciati prefati dimidiam portiones perci-
pian, & fructus sic cedentium, vel de-
cedentium Canonicoꝝ interim Archi-
presbytero, & aliis Canonici accrescant,
ac cura animarum Parochianorum dictæ
Ecclesiæ Sancti Liberati per Archipresby-
terum, & Canonicos prefatos, vel alios
Presbyteros, ad nutum eorum amovibiles
diligenter exerceatur, & deserviat inibi
laudabiliter in divinis.

Obstantibus
delegat.

§.5. Non obstantibus premissis, ac
constitutionibus, & ordinationibus Apo-
stolicis statutis quoque, & consuetudini-
bus dictarum Ecclesiarum juramento con-
firmatione Apostolica, vel quavis firmi-
tate alia roboratis ceterisque contrariis
quibuscumque.

Ancique Ec-
clesiæ statui
providet.

§.6. Volumus autem quod in dicta
Ecclesia antiqua Sabinen. Episcopus pro
tempore existens Sabinen., & Capitulum
prefati per aliquem idoneum Presbyterum
in divinis laudabiliter deserviri facere, ac
Archipresbyter, & Canonici prefati in
festo Annuntiationis Beate Mariæ Virgi-
nis Missam ac Vesperas solemniter cele-
brare omnino teneantur, nec illa, & Ca-
meterium ejus ad prophanos usus, velut
hereditas redigantur, quodque Episcopus
& Capitulum, ac Canonici prefati, &
Clerici, qui in dicta Ecclesia nova post
hujusmodi erectionem pro tempore essent
omnibus, & singulis privilegiis libertati-
bus, immunitatibus, exemptionibus, pre-
rogativis, & indultis gaudeant, & utan-
tur, quibus uti potiri, & gaudere in di-
cta Ecclesia antiqua consueverunt, potue-
runt, & debuerunt.

Antiqua Pri-
vilegia Cano-
nicorum con-
firmat.

§.7. Decernentes ex nunc irritum, &
inane si fecus super his a quoquam quavis
auctoritate scienter, vel ignoranter con-
tingerit attentari.

D. P. An. 4.
die 18. Sept.

Nulli ergo &c.
Dat. Romæ apud S. Petrum Anno
Incarnationis Dominicæ millesimo qua-
dringentesimo nonagesimo quinto, quarto
decimo Kalen. Octobris, Pontificatus no-
stri Anno Quarto.

PIÆ vite studio convenit, ut per no-
stra provisionis ministerium sacra
Religionis splendor ubique elucescat, ut
si quid in ea devium, & ab honestate dif-
formem inveniat, procul abiciatur, pal-
mitesque novi plantentur, per quorum
suavitatis odorem, Religio ipsa reflore-
scat, & in domo Domini parturiat dignos
fructus.

Exordium.

§.1. Sane pro parte dilecti filii Joannis
de Scarpa Vicarii Generalis Congregatio-
nis, seu Societatis Fratrum Apofolorum
pauperis vite nuncupatorum, Nobis nu-
per exhibita petitio continebat, quod in
aliquibus Civitatibus, & locis aliis Italia
sunt nonnullæ domus Virorum laicorum
ejusdem Congregationis, qui mendican-
tes sunt, & in communi in eisdem domi-
bus vivunt, certum & determinatum ha-
bitum Religiosorum eis a sel-rec, Innocen-
tio Papa Octavo predecesore nostro con-
cessum deferentes. Qui etiam post annum,
obedientiam, paupertatem, & castitatem,
in manibus unius ex dicta Congregatione
simpliciter voyent, & promittunt, potest-
que unus quisque ex dicta Congregatione
quandocumque recedere, & alia loca, seu
lares proprios, habitu predicto suo dimis-
so, pro suæ voluntatis libito, se transfer-
re. Quo fit ut plures jam multis annis in
dicta Congregatione nutriti, & educati,
ab eadem libere recedunt, propter quod
dicta Congregatio diminuitur, & multis
delinquendi occasio præbetur, & personæ
dictæ Congregationis in earum mentibus,
& statu non parum inquietantur. Quare
pro parte tam Joannis Vicarii, quam to-
tius Congregationis hujusmodi nobis fuit
humiliter supplicatum, ut ad obviandum
premissis, ac pro salubri manutentione,
& conservatione dictæ Congregationis,
opportune providere de Apostolica digni-
tate dignemur.

Fratres hujus-
modi Cong-
regationis
vota simpli-
cia emittentes
sepe ad
sua reverten-
tiam.

Tota Cong-
regatio Pa-
pe supplicat
pro opportu-
no remedio.

§.2. Nos igitur cupientes Congrega-
tionem ipsam ad divini nominis laudem
feliciter conservari, ipsumque Joannem
Vicarium, & singulos in hujusmodi Con-
gregatione a quibuscumque excommuni-
cationis, suspensionis & interdicti, aliisque
Ecclesiasticis sententiis, censuris, & præ-
nis, a jure, vel ab homine quavis occa-
sione, vel causa latis, si quibus quomodolibet
innotati existunt, ad effectum præsen-
tium dumtaxat consequendum, harum
serie absolventes, & absolutos fore cen-
sentes, hujusmodi supplicationibus incli-
nati, auctoritate Apostolica, tenore præ-
sen-

Eam itaque
Regulæ S. Au-
gustini sub-
icit, vortique
sol emibus.

sentium, statuimus, & ordinamus, quod
tota ipsa Congregatio, ac universi illius
Fratres tam presentes quam futuri, (illis
tamen in suo primo habitu, & sub obe-
dientia suorum Superiorum, & juxta eor-
um instituta permanentibus,) Ordini
S. Auguftini, & illius Regulæ subint, & tam
quoad possessionem, quam cætera ipsius
Religionis vota substantialia emittenda
pariformiter veluti ipsius Ordinis S. Au-
gustini Religiosi, deinceps sint adstricti,
(ita tamen quod presentes ad hoc inviti
arctari non possint) ac Congregationem
ipsam, & illius Fratres hujusmodi præfate
Religioni Sancti Auguftini, harum serie
aggregamus.

Clausula de
rogatoriz.

§.3. Non obstantibus constitutionibus,
& ordinationibus &c.

Dat. P. An. 4.
die 7. Jan.

Nulli ergo &c.
Datum Romæ apud Sanctum Petrum
Anno Incarnationis Dominicæ millesimo
quadringentesimo nonagesimo sexto, sep-
timo Idus Januarii, Pontificatus nostri An-
no quarto.

V II.

De Titulo Crucis Domini N. Jesu Christi
Salvatoris, die ultimæ Dominicæ mens-
is Januarii 1492. in Ecclesia S. Crucis
Hierusalem nuncupata de Urbe inven-
to. Conceditur plenaria Indulgentia,
hanc Ecclesiam die illa visitantibus.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Universis Christianis fidelibus presentes literas
inspexerint, Salutem, & Apost.
Benedictionem.

Exordium.

§.1. Admirabile Sacramentum vi-
visse Crucis, cujus signum
erit in celo, dum Dominus ad judican-
dum venerit, intra nostræ mentis arcana
revolventes, & pia consideratione pen-
santes, quod in ligno ejusdem Sanctissimæ
Crucis Dominus noster Jesus Christus pro
humani generis salute mortem subire non
abnuvit, ut nos de morte ad vitam revo-
caret; dignum, immo potius debitum
reputamus, Ecclesias, & loca sub ipsius
Sanctissimæ Crucis nomine dedicata, &
presertim in Urbe consistentia, gratiosis
indulgentiarum, & remissionum muneri-
bus decorare, ut per hoc, & tanti sacra-
menti iugis memoria in mentibus Christi-
fidelium permaneat, & ipsi Christiani
ipsius Domini gratia eos præveniente, felici-
tatis præmia consequi mereantur æterna.

Quæ occasio-
ne, quando,
& ubi inven-
tus sit titulus,
de quo in Ru-
brica.

§.2. Cum itaque nuper, videlicet Anno
a Nativitate ejusdem Domini Nostri Jesu
Christi millesimo quadringentesimo nona-
gesimo secundo, ultima Dominica mensis
Januarii, dum bo. mem. Petrus tit. San-
ctæ Crucis in Hierusalem Cardinalis, qui
tunc in humanis agebat, eandem Eccle-
siam digno ornatu reparari faceret, in al-
tiori pariete testudinis dictæ Ecclesiæ re-

pertus fuerit Titulus Hebraicis, Græcis, &
Latinis literis, conscriptus, & qui supra
caput ipsius Domini Nostri Jesu Christi,
dum in ligno ejusdem S. Crucis pende-
bat, appositus extitit, & ipse Titulus nunc in
eadem Ecclesia debita cum veneratione
servetur, & custodiatur.

Indulgentia
concessa ea
die Ecclesiam
S. Crucis in
Hierusalem
visitantibus.

§.3. Nos in Cruce hujusmodi sancta
cum Apostolo gloriantes, & satagentes,
alios ad glorificationem ipsius invitare,
ut vitalis ligni pretio vite æternæ suffra-
gia consequantur; ac cupientes, ut Ec-
clesia prædicta (quæ nunc titulus dilecti
filii nostri Bernardini ejusdem Ecclesiæ
Sanctæ Crucis in Hierusalem Presbyteri
Cardinalis existit) congruis frequentetur
honoribus, & ipsi Christiani eo liben-
tius devotionis causa ad eandem Eccle-
siam confluant, quo ex hoc ibidem, dono
cœlestis gratiæ uberius conspexerint se re-
fectos, de omnipotentis Dei misericordia,
ac beatorum Petri, & Pauli Apofolorum
ejus auctoritate confisi, omnibus, & sin-
gulis Christianis fidelibus utriusque sexus, vere
pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesiam
ipsam in ultima Dominica mensis Januarii
cujuslibet anni, a primis Vesperis usque
ad occasum solis ipsius Dominicæ, devote
visitaverint, annuatim omnium peccato-
rum suorum remissionem, auctoritate
Apostolica tenore presentium concedimus
& elargimur, presentibus perpetuis futu-
ris temporibus valituris. Volumus autem
quod si alias visitantibus dictam Ecclesiam
aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel
ad certum tempus nondum elapsedum du-
ratura, eadem die per nos concessa fuerit,
prefates literæ nullius sint roboris, vel
momenti.

Dat. P. An. 4.
die 29. Julii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum
Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo
quadringentesimo nonagesimo sexto, quarto
Kalendas Augusti, Pontificatus nostri
Anno quarto.

V III.

Privilegium Ordinis Fratrum Eremitarum
Sancti Auguftini, quod officium Sacrarum
Apostolici, per unam ex eis exerceatur.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

AD sacram Ordinis Fratrum Eremita-
rum S. Auguftini Religionem, quam
in caritatis visceribus pia veneratione,
semper habuimus, & habemus, nostræ
dirigentes considerationis intuitum; &
attente prospicientes, quod ipsius Reli-
gionis palmitem per universum Orbem dis-
tusi, eorum claris moribus, & exemplari
vita ac singulari doctrina in agro militan-
tis Ecclesiæ fructus honoris, & honestatis
continue afferunt salutares: dignum quin
po-

Proemium.

Officium Sa-
crificii Capel-
lae Palatii
Apostolici,
Fratribus Ere-
mitarum San-
cti Augustini
dudum con-
fueti con-
fue-
vit.

potius debitum reputamus, ut Religionis
ipsum iura, & privilegia non solum sibi
conferemus, verum etiam innovemus,
& augeamus, ac nostrae declarationis mi-
nisterio Religionem eandem dignis hono-
ribus attollamus.

§. 1. Sane licet officium Sacrificii Capel-
lae Palatii Apostolici tanto tempore
citra, de cuius initio, sive contrario me-
moria hominum non existit, per Romanos
Pontifices Praedecessores nostros, alicui
ex professoribus dicti Ordinis semper com-
mitti & concedi consueverit, & dilectus
filius Joannes Paulus de Bossis Abbas Mo-
nasterii S. Sebastiani extra muros Urbis
Cisterciensis Ordinis, dictae Capellae moder-
nus Sacrificii, antequam in Abbatem
ipsum Monasterii per fel. rec. Sixtum Pa-
pam IV. Praedecessorem nostrum praefice-
retur, dicti Ordinis Eremitarum profes-
sor foret; tamen quia dum de persona sua
eidem Monasterio tunc certo modo vacan-
ti provisorium fuit, ipse ad dictum Cister-
ciensis Ordinem translatus extitit: ac
etiam quia in certo libro ceremoniarum
dictae Capellae per nonnullos tempore praemem.
Innocentii Papae VIII. praedecessoris
nostri compilato scriptum invenitur,
Officium praedictum alicui Religioni non
deberi, sed cuicumque (dummodo Prae-
latus Ecclesiasticus existat) conferri posse.
Et propterea dilecti filii Marianus de
Genezano Prior generalis, ceterique profes-
sores ipsius Ordinis Eremitarum for-
midant dictam Religionem jure seu pri-
vilegio obtinendi, ac regendi, & guber-
nandi dictum officium in posterum frustra-
ri posse.

Hic modo
Pontifex hoc
indulget eien-
dem Ordini
in perpetuum
concedit.

§. 2. Nos, ad quos pertinet tam Reli-
gionis ipsius, cui singulari devotione affi-
cimur; quam fidelium omnium privile-
gia, & jura conservare & tueri, ne Reli-
gio ipsa super dicto officio in posterum
molesteretur, providere cupientes, motu
proprio, non ad alicujus nobis super hoc
oblatae petitionis instantiam, sed de nos-
tra mera deliberatione, ac certa scientia,
auctoritate Apostolica, tenore praesentium,
statuimus, decernimus, & ordinamus,
quod deinceps perpetuis futuris
temporibus officium Sacrificii praedictum
alicui dicti Ordinis Eremitarum profes-
sori, quamvis aliter Praelatus Ecclesiasticus
non existat, committi, concedi, & assignari
debeat.

Clausula hu-
jus concessio-
nis praeserva-
tiva.

§. 3. Decernentes quaecumque commi-
ssionem, concessionem, & assignationem
de dicto officio aliter faciendam, &
litteras desuper pro tempore confectas,
etiam quaecumque derogatoriarum deroga-
torias, ac alias, & fortiores, & efficaciores
clausulas in se continentes, etiam si
in illis de praesentibus de verbo ad verbum
& cum illarum totali insertione mentio
haberetur, & illis expresse derogaretur,
& quaecumque pro tempore inde secuta,
nulla, irrita, & inania, nulliusque fore
roboris, vel momenti.

Clausula de-
rogatoria.

§. 4. Non obstantibus praemissis &c.
§. 5. Nulli ergo &c.

Dat. Romae apud Sanctum Petrum,
Anno Incarnationis Dominicae millesimo
quadringentesimo nonagesimo septimo,
Idibus Octobris, Pontificatus nostri
Anno sexto.

IX.

Contra non solventes census, canones,
& alia jura, vel regalia, Reverendae
Camerae Apostolicae.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Dilectis filiis Universis Vicariis, Fundatoriis,
Gubernatoribus, censuariis, sicutariis,
emphyteutis, sive administratoribus
Civitatum, Terrarum, Castrorum, &
honorum S. R. E. quacumque dignitate
fungentibus, Salutem, & Apostolicam
benedictionem.

Causa Con-
stitutionis.

CUM ex relatione dilecti filii Mariani
de Civinis Fiscii nostri, & Camerae
Apostolicae Procuratoris intellexerimus,
quampures ex vobis in solutione jurium,
regalium, censuum, feudorum, canonum,
emphyteuticorum, talliarum, perpetuarumque
responsionum per vos eisdem Ecclesiae, &
Camerae debitorum quampures annis contra
juramenta per vos in investituris vestris
praestita, ac formas, & tenores ipsarum
investiturarum, & concessionum, jurisque
dispositionum, specialesque monitiones per
alias litteras nostras per nos vobis factas in
terminis statutis, & consuetis cessasse, &
cessare, in grave dictae Camerae praedictae
& detrimentum, sub praetextu etiam aliquando,
quod nonnulli ex vobis praetendunt se
creditorum dictae Camerae, & compensationes
licet contra juris dispositionem facere
nituntur.

Monet debi-
tores Came-
rae Apostolice,
ut canones cen-
sus &c. sol-
vant sub pe-
nis hic ex-
pressis.

§. 1. Nos qui aliena jura tuemur, no-
lentes jura dictae Ecclesiae, & Camerae
negligere, omnemque disceptationis ma-
teriam submovere intendentes, ut in
terminis solutionum debitorum hujusmodi
nullus vestrum dilationem aut compensa-
tionem, vel excusationem allegare praesumat,
vos, & quemlibet vestrum cujus-
cumque dignitatis, status, gradus, &
praesentiae existat, tenore praesentium
sub excommunicationis, ac omnis juris
Vicariatus, Gubernii, & feudorum sive
censuum, & emphyteuticorum bonorum
hujusmodi a dicta Sede sive Camera Apo-
stolica quomodolibet concessorum priva-
tionis, penis, quas ex nunc prout ex tunc,
& ex tunc prout ex nunc in vos, & quem-
libet vestrum, nisi monitionibus, & man-
datis hujusmodi cum effectu parueritis, fe-
rimus in his scriptis, illaque vos incurere
volumus ipso facto (aliis penis tam a jure
communis, quam in litteris investiturarum
vestrarum contra vos promulgatis, nihilominus
in suo robore permansuris) monemus,
& requirimus, quatenus de omnibus,

nibus, & singulis juribus, regalibus, cen-
sibus, tallis, & feudorum, censuum,
canonum, emphyteuticorumque, & bono-
rum quorumlibet a dicta Ecclesia ob-
tentorum, per vos, & quemlibet vestrum
hactenus dictae Camerae debitis, infra unius
mensis spatium a die publicationis praesentium
computandi, dictae Camerae praesentium
Vigilia aut die Festivitatis Beatorum Petri,
& Pauli Apostolorum successive singulis
annis, ut moris est, aliis suis terminis
juxta Apostolica, & dictae Camerae in-
stituta eidem Camerae Depositario pro
tempore existenti, ubicumque Camerae
adesse contigerit, satisfecisse debeatis, &
unusquisque prout debitor existit, de-
beat.

Committit
Camerae &
Praesentibus
Cam. Apostolice
ut non solventes
in terminis
declarent in-
cidisse in pe-
nas hic con-
tinentas.

§. 2. Alioquin advenientibus Festi-
vitate, & termino solutionis hujusmodi,
contra omnes, & singulos solvere cessantes
ad declarationem incursum penarum,
& censurarum, ac privationis praedictarum,
illarumque debitam executionem per dilectum
filium nostrum Raphaellem S. Georgii ad
Velum aureum Diaconum Cardinalem
Camerae nostrum, sive etiam in dicta Camera
Locumtenentem, ac dilectos filios praesidentes
Clericos dictae Camerae procedatur iustitia
mediate, quibus ex nunc tenore praesentium
committimus, & mandamus, ut advenientibus
Festivitatibus, & terminis solutionis hujus-
modi, vobis, & quolibet vestrum solvere
cessantibus, absque aliqua alia monitione,
requisitione, citatione, seu dilata-
tione contra vos, & quemlibet vestrum,
qui in solutione hujusmodi censuum, feudo-
rum, talliarum, canonum, & responsionum
cessaverint, ad declarationem incursum
praedictarum penarum, & censurarum
Ecclesiasticarum, illarumque aggravationem,
& interdictum saecularium, & brachii saecularis
invocationem, ac represalias, privationesque
juris Vicariatus, Gubernii, feudorum,
& bonorum praedictorum vobis, & cuicumque
vestrum quomodolibet competentis, ac alia
juris remedia opportuna, declarationemque
devolutionum Civitatum, Castrorum, Terrarum,
& bonorum hujusmodi ad dictam Ecclesiam usque
ad debitam executionem instante dicto
Procuratore procedere debeant.

Praecipit non
admittere co-
mpensationes.

§. 3. Decernentes quoque circa praemissa
nullam compensationem etiam non-
solutorum stipendiorum, aut aliam praeterquam
solutionis exceptionem admitti, nec solvere
cessantes quovis modo excusari vel relevari,
nec censuum, feudorum, talliarum seu aliorum
jurium Camerae praedictae per vos debitorum
vel debendorum solutionem, & exactionem
retardari debere.

Formam pu-
blicationis ap-
ponit.

§. 4. Volumus autem has originales
nostras litteras in valvis Basilicae Beatorum
Apostolorum de Urbe, Cancellariae Apo-
stolicae, Audientiae causarum Palatii Apo-
stolici, & Campo Flore affigi, & in audien-
tia publica litterarum contradictarum trina

vice diversis diebus legi, ita ut omnibus
tamquam publicum edictum pateant, ac
in ipsa Camera hujusmodi publicationis
debitam relationem per duos nostros, &
Romanae Curiae Cursores fieri decernentes,
vos praemissorum Camerae debitores
praesentes, & futuros, qui citra montes,
post duos menses, qui vero ultra montes
fuerint post quatuor menses a die publica-
tionis computandos, vigore earumdem
litterarum modo praemissa publicatarum,
arctari atque ligari, ac si hujusmodi origi-
nales littere vobis, & vestrum cuilibet in
vestris propriis personis lectae, & praesentatae
fuissent, cum non sit verisimile apud vos
sic citatos remanere incognitum, quod tam
patenter extitit publicatum, nisi forsitan
dictas originales litteras vobis omnibus su-
praedictis aut alteri vestrum praefati Prae-
sidentes, & Clerici forsitan aliqua considera-
tione aut benignitate ducti praesentari
mandaverint, quoniam tunc, & eo casu
copiae ipsarum litterarum manu unius ex
Clericis, & Notariis dictae Camerae sub-
scriptae per quemcumque Nuntium, Tabellarium
aut Notarium publicum vobis aut alteri
vestrum praesentatae, & dimissa originalibus
litteris hujusmodi eidem Nuntio restitutis,
ejusque Nuntii relationi fidem plenariam
adhiberi volumus, & mandamus.

Clausula de-
rogatoria.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus,
& ordinationibus Apostolicis, ac consuetudinibus
de non solvendo usque ad sex menses
vel aliud tempus a die festivitatis praedictae
computandos; capitulis quoque seu pactis
per vos vel aliquem vestrum ad stipendia
dictae Ecclesiae sive Camerae conductum cum
eadem Camera, seu pro tempore existente
Romano Pontifice, aut nostris, & Sedis
Apostolicae Officialibus pro tempore factis
vel faciendis de retinendo supraedictis per
vos ipsi Camerae praemissa occasione vobis
debitis, privilegiis quoque, & indultis vobis
aut alicui vestrum hactenus etiam per nos
aut Praedecessores nostros Romanos Pontifices
forsitan concessis, vel in futurum concedendis,
sub quibusvis verborum formis, & clausulis,
etiam derogatoriarum derogatoriis fortioribus
efficacioribus & insolitis, etiam si illis
caveretur expresse, quod interdicti, suspen-
di vel excommunicari, aut Vicariatus, feudis,
Gubernii vel administrationibus praedictis
privari non possitis, quibus, illorum tenores
ac si de verbo ad verbum praesentibus
infererentur pro sufficienter expressis habentes,
illis alias in suo robore permansuris
quoad hoc specialiter, & expresse derogamus,
ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 6.
die 13. Dec.

Datum Romae apud S. Petrum, Anno
Incarnationis Dominicae, millesimo qua-
dringentesimo nonagesimo septimo,
decimoquinto Kal. Jan. Pontificatus nostri
Anno Sexto.

Anno 1498. & 1499. & sexto Pontificatus
D. Alexandri Papae VI. retroscripta
littera affixa & publicata fuerunt videlicet
in

in Audientia contradict. 23. & Basilice & Petri valvis 24. & 25. Decemb. ac Cancellaria, & in acie Campi Flora 13. Januarii per Euerardum de Cuvinie SS. D. Nostri Curs. Ita est Petrus Mallay Curs. Jo. Regina &c. Item affixe in portis Audientie die xv. Jan., per me P. Mallay Curs. &c. Ita est Jo. Regina Magist. Curs.

X.

Unio Congregationis Monachorum Ordinis Cisterciensis in provincia Thuscie, & Monachorum ejusdem Ordinis in Provincia Lombardie, & ex eis institutio unius Congregationis, S. Bernardi in Italia nuncupanda, cum statutis, & ordinationibus pro ejusregimine.

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuum rei memoriam.

Plantatus in agro Dominico sacer Ordo Cisterciensis, quotidie in Ecclesia militanti produens uberes fructus, ad universalis Ecclesie firmamentum, & Christianis animarum salutem, non solum nos inducit, sed & voluntario facit, ut illa, quae pro ejusdem Ordinis, necnon inter ipsius Monachos vigent, regularis observantiae incremento & conservatione & augmento, per unitatis remedium profutura noscuntur, Apostolica auctoritate statuamus, & ordinemus & alias in iis nostri Pastoralis officii partes favorabiliter impendamus.

Monasteria Thuscie & Lombardie Ordinis Cisterciensis invicem uniri cupiunt.

§.1. Sane pro parte dilectorum filiorum Abbatum, Praelatorum, & Conventuum, Monasteriorum dicti Ordinis Thuscie, & Lombardie secundum morem ejusdem Ordinis regularis observantiae, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipsi provide considerantes, quod si singulae Provinciae praedictae invicem aequaliter unirentur, & ex illis una dumtaxat Congregatio S. Bernardi in Italia crearetur, non solum praedictus Ordo, & inter Abbates, Praelatos, & Monachos dicti Ordinis Monasteriorum, Provinciarum praedictarum, vigens regularis observantiae disciplina firmitatem, & perpetuitatem, sed etiam augmentum auctore Domino susciperent, cupiunt dictas Provincias invicem perpetuo uniri, & ex illis sic unitis, unam Congregationem Monasteriorum, Abbatum, Praelatorum & Monachorum dicti Ordinis regularis observantiae S. Bernardi in Italia nuncupandam, constitui, creari, erigi, itaut utriusque dictarum Provinciarum Thuscie & Lombardie Monasteria dicti Ordinis, & illorum Monasteria & Monachi Congregationis S. Bernardi in Italia de cetero perpetuis futuris temporibus nominentur, nuncupentur, & sint.

§.1. Quare pro parte dilecti filii nobi-

lis viri Ludovici Mariae Sfortiae Ducis Mediolani, qui praedecessorum suorum vestigiis inhaerendo, non solum Monachos dicti Ordinis, sed etiam quoscumque alios Religiosos regularis observantiae, in visceribus suae caritatis amplectitur, ut etiam in tantis temporum perturbationibus, circa ipsorum Religiosorum incrementa intentionis multa bona temporalia eis conferre non desistit, necnon Abbatum Praelatorum, Conventuum, & Monasteriorum Thuscie, & Lombardie, Provinciarum praedictarum, seu majoris partis eorum, nobis fuit humiliter supplicatum, ut ex singulis dictis provinciis Thuscie, & Lombardie, unam Congregationem dumtaxat S. Bernardi in Italia nuncupandam, constituere & deputare, ac alia infra scripta statuere, & ordinare, & alias pro ejusdem Congregationis Italiae, & in illa regularis observantiae discipline manutentione opportune providere de benignitate Apostolica dignemur.

Unamque formare Provinciam.

§.2. Nos igitur, qui Religionis augmentum, ex commisso nobis Pastoralis officii debito, intentis desideramus affectibus, hujusmodi supplicationibus inclinati dilectis filiis nostris Francisco S. Eustachii, & Afciano Mariae S. Viti in Macello Martyrum S. R. E. Vicecancellario, Diaconis Cardinalibus, Thuscie, & Lombardie Provinciarum hujusmodi respective protectoribus, etiam apud nos super hoc instantibus, auctoritate Apostolica perpetuo valitura, & hac nostra irrefragabili constitutione, eisdem Thuscie, & Lombardie Provinciarum Congregationis invicem perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus.

Firmat Alexander.

§.4. Ex illis invicem sic unitis, unam Congregationem Abbatum, Praelatorum, & Monachorum Monasteriorum dicti Ordinis in Thuscie, & Lombardie Provinciis existentium, S. Bernardi in Italia creamus, facimus, constituimus, & deputamus. Ac eadem auctoritate decernimus statuimus, & ordinamus, quod Monachi unius Monasterii dictae Congregationis Provinciae Italiae praedicti Monachi esse censentur & sint, ac quod omnia & singula Monasteria, loca seu membra ejusdem Ordinis in praedictis Provinciis, de Monachis, & Monialibus dictae Congregationis reformata, & quae in posterum reformabuntur, per totam Italiam sint & esse censentur de praedicta Congregatione Italiae S. Bernardi, ac ejus Praesidentis, & Visitoribus, & Definitoribus Capituli in omnibus, & per omnia sint subiecta.

Unamque Congregationem S. Bernardi creat.

§.5. Quodque acceptationes, seu reformationes Monasteriorum, & locorum de Monachis & Monialibus dictae Congregationis executioni demandari non possint nisi per Praesidentem dictae Congregationis, & Visitores vel Definidores Capituli, aut per eos quibus ipsi duxerint committendum.

Praesidentis auctoritas.

§.6. Et quod Capitulum dictae Congregationis singulis annis in loco, & tempore statutis celebretur, ad quod tantum acced-

De Capitulo singulis annis cogendo.

Ad Capitulum qui debeat accedere.

De electione Discreti.

Definitorum Capituli electio ad quos spectet, & quomodo sit facienda.

In initio Capituli omnes Praelati sint absoluti.

Definidores novem eligendi ex quibus defumendus sit Praefes Capituli.

accedere debeant Visitores, & singuli Praelati Monasteriorum, seu locorum cum socio cujuslibet Monasterii electo a majori parte Conventus cujuslibet Monasterii dictae Congregationis. Et si continget eos qui ad commune Capitulum utriusque sunt accessuri, non esse aequales, volumus, ut per electionem ita suppleatur a parte deficienti, ut aequalitas in numero electorum observetur, & in primo futuro communi Capitulo hoc dumtaxat. Quodque electio dicti Socii, qui discretus nuncupabitur, pertineat tantum ad Monachos professos sui Monasterii post biennium, & in eodem Monasterio per Definidores Capituli, vel per Praesidentem, & Visitores dictae Congregationis deputatos. Et quod nullus Monachus ante biennium completum post suam professionem, aut in publica poenitentia constitutus, aut excommunicatus, possit ad praefatam electionem socii vel discreti admitti. Ac quod perpetuis futuris temporibus celebratio Capituli dictae Congregationis tantum pertineat ad Visitores, & Praelatos Monasteriorum, seu locorum in ipso Capitulo absolutos ac ad discretos ut supra electos.

§.7. Et ad ipsos solos spectet electio Definitorum, seu Rectorum Capituli dictae Congregationis, & quod quaelibet persona dictae Congregationis, poenam privationis vocis activae, & passivae per triennium continuum, ac etiam excommunicationis latae sententiae poenam ipso facto incurrant, a qua non possint absolvi praeterquam in mortis articulo constituti, nisi a Praesidente dictae Congregationis, vel ab eo, cui ipse commiserit, quae in praedictorum Discretorum, Definitorum, Praelatorum, Praesidentis, & Visitorum electione verbo, vel scripto alicui directe, vel indirecte, per se vel alium, votum suum, de Praelatis, seu Visitoribus, & Praesidente, ac Discretis vel Definitoribus eligendis exposuerit aut expresserit. Salvo quod Praesidens Capituli possit in loco Definitorum dumtaxat coram aliis Definitoribus, vel saltem majori parte eorum, non privatum, vel secrete, sed publice, & manifeste, aliquas personas idoneas nominare, & per modum tractatus proponere, ac eos ad utilitatem Monasteriorum, & salutem animarum hortari, ut magis sufficientes & idoneos Praelatos eligere debeant.

§.8. Quodque singulis annis tempore Capituli, postquam Praelati, ac Visitores locum Capituli intraverint, omnes, & singuli, tam praesentes quam absentes, a suis officiis, & dignitatibus absolvantur per Praesidentem. Quibus absolutis etiam Praesidens dictae Congregationis se absolutum nuntiet, & ex tunc incipiant locum suae professionis tenere.

§.9. Et demum in ipso loco Capituli eligantur novem Definidores per Discretos, Praelatos, & Visitores praedictos jam absolutos, vel a majori parte ipsorum eligentium, & postea per eosdem Electores unus ex eisdem novem Definitoribus modo supradicto eligatur in Praesidentem Capituli, qui una cum Definitoribus, durante Capitulo, habeat auctoritatem Apostolicam omnimodam, & plenariam facultatem, & jurisdictionem, tam in temporalibus quam in spiritualibus super omnia, & singula Monasteria, loca, seu membra, & super omnes, & singulas personas dictae Congregationis, specialiter praecipendi, arctandi, monendi, corrigendi, puniendi, incarcerandi, excommunicandi, sententiandi, ligandi, atque solvendi, ac etiam definitiones dictae Congregationis, seu loca, & personas ejusdem concernentes condendi, & illa sub poenis, & censuris Ecclesiasticis observari mandandi, & faciendi.

toribus modo supradicto eligatur in Praesidentem Capituli, qui una cum Definitoribus, durante Capitulo, habeat auctoritatem Apostolicam omnimodam, & plenariam facultatem, & jurisdictionem, tam in temporalibus quam in spiritualibus super omnia, & singula Monasteria, loca, seu membra, & super omnes, & singulas personas dictae Congregationis, specialiter praecipendi, arctandi, monendi, corrigendi, puniendi, incarcerandi, excommunicandi, sententiandi, ligandi, atque solvendi, ac etiam definitiones dictae Congregationis, seu loca, & personas ejusdem concernentes condendi, & illa sub poenis, & censuris Ecclesiasticis observari mandandi, & faciendi.

Qui tempore Capituli omnimoda fruetur jurisdictione.

§.10. Ac quod indifferenter omnes praedicti electores possint pariter eligi in Definidores, Visitores, & Praelatos, seu etiam Officiales.

Electores in Officialibus eligi possunt.

§.11. Et quod praedicti novem Definidores ut praefertur pro tempore electi, habeant plenariam auctoritatem mutandi Monachos Monasteriorum, seu locorum dictae Congregationis de loco ad locum, & omnia tractandi & definiendi, quae secundum eorum iudicium, utilitatem, & profectum dictae Congregationis concernere videbuntur. Ac quod ad ipsos solos Definidores, vel majorem partem eorum pertineat, & spectet electio Praelatorum, Visitorum, & Officialium principalium dictae Congregationis, sitque eorum electio firma, & valida, dummodo a majori parte, idest ex novem quinque, concorditer conveniant in eligendo ad praedicta officia, seu dignitates, personam in aliquo Monasterio dictae Congregationis expresse professam post biennium completum a sua professione, & in sacerdotio constitutam, non excommunicatam, vel in publica poenitentia positam.

Quae sit Definitorum hujusmodi auctoritas.

§.12. Ita tamen, quod nullus possit ultra triennium continuum in eodem Monasterio praefici in Praelatum, vel confirmari, sed transacto triennio poterit in alio Monasterio dictae Congregationis in Praelatum eligi, seu deputari. Et postquam per annum vacaverit a Praelatura prioris Monasterii, poterit in eodem Monasterio denuo praefici, & in Praelatum assumi. Et hoc idem in electione Confessorum Monialium Monasteriorum dictae Congregationis observetur.

Praelaturam triennio terminantur.

§.13. Quodque praedictorum Definitorum sententia, atque determinatio, tam in praedictis, quam in aliis inviolabiliter observetur. Quodque ab eorum sententia nemini liceat appellare, & si appellatum fuerit, talis appellatio nulla & frivola existat, & illi non deferatur. Et quod quicquid Definidores praedicti de solutione, aut determinatione quaestionum, de correctione, & mutatione Monachorum, & de modo poenitentiarum, de assignatione & deputatione Lectorum, ac Studentium, & institutione aliorum Officialium, & quicquid tamen Spiritu Sancto donante ordinaverint, seu definiverint, totum Capitulum.

A Decretis Definitorum appellatio nulla.

Illorum tamen officium ultra decem dies non protrahatur.

Debet vero designare locum futuri Capituli.

Ad ipsosque solum spectat electio Praesidentis Capituli.

Qui non possit pro alio Capitulo confirmari.

Quae sit eius auctoritas.

Visitatores defuncto Praeside eius vicibus fungantur.

Poenae contra se opponentes huius unioni.

pitulum & omnes alie personae dicte Congregationis universaliter, & unanimiter, devote, & humiliter absque ulla reclamacione, seu murmuratione, vel contradicione suscipere teneantur.

§.14. Quodque praedictorum Definitorum officium quavis ratione vel causa, seu quovis modo non possit ultra decem dies protrahi vel differri.

§.15. Et quod locus Capituli anni futuri, per eosdem Definitores singulis annis ante resolutionem Capituli exprimat, pronuntietur, & publicetur.

§.16. Ac quod solum ad ipsos Definitores spectet Praesidentis totius Congregationis electio, quae singulis annis, seu de anno in annum debeat celebrari.

§.17. Et quod non possit superioris anni Praesidentis, finito anno, pro alio anno immediate sequenti quomodolibet in Praesidentem dicte Congregationis, aut Capituli eligi, vel confirmari, sed finito anno, alius omnino Praesidentis in ipso Capitulo pro immediate sequenti anno eligatur. Similiter nec Praesidentis Capituli praecedentis possit in Praesidentem Capituli immediate sequentis eligi.

§.18. Ac quod quamprimum Praesidentis dicte Congregationis per Definitores praedictos, vel majorem partem eorum electus fuerit habeat auctoritate Apostolica infra totum annum, usque ad sequens Capitulum, omnem illam & prorsus similem auctoritatem, & jurisdictionem in omnibus, & per omnia, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, super omnia & singula Monasteria, & loca, & super omnes, & singulas personas dicte Congregationis, quam habent Definitores Capituli, hoc solum excepto, quod non possit Monachos de loco ad locum mutare, nec alia gravia, & magnae importantiae facere, nisi interveniente consensu Visitatorum praedictorum.

§.19. Qui Visitatores ipso Praesidente infra annum officii sui decedente, ejus vices in omnibus, & super omnia obtineant.

§.20. Quodque omnes, & singula ordinationes, admonitiones & definitiones hactenus ante praedictam unionem per Definitores, aut Praelatos, & Visitatores utriusque Congregationis factae maneat in ipso suo robore, usque ad immediate sequens commune Capitulum, & deinde intelligantur, & sint nullae, & pro nullis cassi habeantur, nisi per Definitores novae Congregationis iterum approbentur.

§.21. Districtius inhibentes sub excommunicationis poena, quam eo ipso contrafacientes incurrant, & a qua praeterquam ab Apostolica Sede, nisi in mortis articulo constituti, absolutionis beneficium nequeant obtinere, ne aliquis praedicti Ordinis Monachus, cujuscumque gradus, dignitatis, praeminentiae & conditionis fuerit, per se vel alium, directe, vel indirecte, audeat praedictae unioni sic factae se opponere, aut aliquam perturbationem, scissuram, vel dismembrationem domorum

Monasteriorum, locorum, & Monachorum dicte Congregationis quoquomodo procurare, querere, aut facere.

§.22. Et ne occasione hujusmodi unionis Monasteria, loca, seu Monachi, & aliae personae dicte Congregationis, detrimentum aliquod in privilegiis suis patiantur, sed potius ampliores favores, & gratias, ac prerogativas a praedicta Sede reportent, eadem auctoritate Apostolica (firmis tamen remanentibus omnibus, & singulis supra dictis) omnes & singulas gratias, concessionem, indulgentias, & peccatorum remissiones, immunitates, exemptiones, facultates, privilegia, & indulta spiritualia, & temporalia quaecumque sint, quorum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, habere volumus praescriptis, praedictarum Provinciarum Congregationibus: ac cuilibet earum, tam circa Monasteria, quam circa Praelatos, Monachos, & personas earumdem Congregationum, cum directis, & separatis erant a nobis, vel Praedecessoribus nostris, aut aliis auctoritatem habentibus, conjunctim, vel divisim, vel in genere concessis, praedictae novae Congregationi S. Bernardi in Italia, de novo ex certa scientia concedimus, & ad illa, quoad illius Monasteria, Praelatos, Monachos, & personas extendimus, ac ei suffragari volumus in omnibus, & per omnia, perinde ac si praedictae Congregationi S. Bernardi in Italia, quoad illius Monasteria, Praelatos, & Monachos, & personas specialiter, & expresse concessa fuissent.

§.23. Non obstantibus ordinationibus, & constitutionibus Apostolicis, necnon Monasteriorum Thusciae, & Lombardiae Provinciarum, ac Ordinis praedictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, necnon privilegiis, & indultis, eisdem Thusciae, & Lombardiae Congregationibus, & illorum Monasteriis, quomodolibet per dictam Sedem concessis, quibus quatenus praemissis unioni, statuto, ordinationi, decreto, & aliis in praesentibus literis contentis quomodolibet obstitere habeant, specialiter & expresse derogamus, ac pro nullis, & non concessis haberi volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.24. Per hoc autem, ordinationibus per nos seu auctoritate Apostolica de consensu Afcanii Marci Vicecancellarii, quoad Monasterium S. Ambrosii Mediolanensis factis, seu faciendis, nullum praedictum volumus generari.

Nulli ergo &c.
Dat. Romae apud S. Petrum anno Domini 1497. 10. Kal. Jan. Pontificatus nostri Anno sexto.

Novae Congregationi omnia & singula privilegia ceterarum Provinciarum communicantur.

Clausulae derogatoriae.

Praeservatio juris Monasterii Sancti Ambrosii Mediolanensis.

Dat. die 23. Decem. 1497. An. VI.

Privi-

Quod Pauperes Jesuati, de cetero Fratres Jesuati S. Hieronymi nuncupentur, ceteris Religiosis ejusmodi denominatione interdicta.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Congregatio ista antiquitate instituta, Ecclesiam sub invocatione S. Hieronymi constituit, & ipsum in praesentem electum.

Supplicatque Pater ut de cetero Fratres Jesuati S. Hieronymi nuncupentur, & Constitrationibus laicorum in eorum Ecclesiis institutis eam dem denominationem concedere possint.

AD SACRAM PETRI SEDEM divina dispositione vocati, piis fidelium praesertim sub Religiosis habitu Domino militantium votis, favorem benevolam impertimur.

§.1. Sane exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum universorum Pauperum Societatis Pauperum Jesuatorum nuncupatorum petitio continebat, quod licet jam annis centum, & quinquaginta decursis, vel circa dicta Societas instituta, & ab inde usque in praesentem diem, omnes eorum Domorum Ecclesiae, seu Oratoria sub invocatione S. Hieronymi constructa fuerint, ipsaque in eorum protectorem elegerint, & sub eadem Sancti Hieronymi invocatione semper vixerint, prout vivunt de praesenti, ipsaque S. Hieronymi festivitatem, devote & solemniter annis singulis in eorum Ecclesiis, seu Oratoriis celebra verint, & Pauperes Societatis Pauperum Jesuatorum nuncupatorum appellati existerint; Nihilominus nonnulli Clerici, sive Religiosi viri, qui non sub invocatione S. Hieronymi, sed aliorum Sanctorum, eorum Ecclesias olim constructi fecerunt, ad perturbandum & inquietandum dictam Societatem, eorum Sanctorum invocationes mutare, & se eorumque Ecclesias sub invocatione ejusdem S. Hieronymi intulere, & denominare, ac hujusmodi S. Hieronymi festivitatem celebrare, & sub ejusdem Sancti invocatione questus fieri facere in praedictum Societatis dictorum Pauperum non verentur.

§.2. Et sicut eadem petitio subungebat, cum nonnulli laici pia devotione deducti, certas confratrias infra circuitum domorum dictorum Pauperum de Ordinarii loci, ac ipsorum Pauperum licentia exercent, & instituerint, & in dies de eadem licentia erigere velint, ceperuntque dicti Pauperes, quod ipsi dictis Confratribus, ut tam per eos hactenus in eorum domorum circuitibus erectas Confratrias, quam in posterum inibi erigendas, dicti Sancti Hieronymi denominandi & eundem S. Hieronymum pro eorum vexillo deferendi, licentiam concedere valeant eis per nos indulgeri; Quodque etiam ipsi de cetero perpetuis futuris temporibus non Pauperes Societatis Pauperum Jesuatorum, sed Fratres Jesuati Sancti Hieronymi appellari debeant, statuere, & ordinare, aliaque in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignemur.

Tom. III. Par. III.

§.3. Nos qui cunctarum praesertim Religiosorum personarum pacem, & quietem, sinceris exoptamus affectibus, ipsosque Pauperes a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnibus, & singulis Religiosis Clericis, & Laicis sub virtute sanctae obedientiae, & si non paruerint, excommunicationis latae sententiae poena, quam incurrant eo ipso, ut eorum Sanctorum invocationes, sub invocatione dicti S. Hieronymi mutare, & illud nomen S. Hieronymi ipsi Ecclesiis appropriare, & celebratam festi ejusdem S. Hieronymi; quando per eosdem Pauperes celebrari contigerit, directe, vel indirecte, quo minus populus ad eorum Ecclesias sive Oratoria confluant, necnon processiones quascumque temporis festivitatis dicti S. Hieronymi per Dominos, Universitates, & Communitates, Civitatum, Terrarum, & locorum hactenus ad Ecclesias, seu Oratoria dictorum Pauperum fieri solitas, & quas in posterum perpetuis futuris temporibus fieri contigerit, impediri, seu perturbare, necnon sub invocatione dicti S. Hieronymi in praedictum dictorum Pauperum, aliquas questus facere quoquomodo praesumant, praecipiendo mandamus. Ipsis quoque pauperibus, ut dictarum Confratrum Confratribus tam per eos hactenus eorumdem Pauperum domorum circuitibus erectas Confratrias, quam in posterum ibidem erigendas, Confratrias dicti S. Hieronymi denominandi, ipsaque S. Hieronymum pro eorum vexillo deferendi licentiam concedere possint indulgemus. Ac statuimus, & ordinamus, quod dicti Pauperes de cetero etiam perpetuis futuris temporibus non Pauperes Societatis Pauperum Jesuatorum, sed tantum, Fratres Jesuati dicti S. Hieronymi denominentur, & appellentur.

§.4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Societatis statutis, ac consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Et quia difficile foret &c.

§.6. Nulli ergo &c.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, 11. Kal. Septembris, Pontificatus nostri Anno 8.

Qui Pontifex petita concedit.

Ceteris ea, quae isti Fratres faciunt, agere interdicuntur.

Eosque non pauperes Sancti Hieronymi, sed pauperes Jesuatos concedit appellari.

Obstantibus derogat.

Fides transumptorum.

Dat. P. An. 8. 22. Augusti.

H h a

Privi-